UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XVIII. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Königsberg die Urbede und vier Seen, am 26. August 1317.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

XVIII. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Königsberg die Urbede und vier Seen, am 26. August 1317.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, Recognoſcimus tenore preſentium manifeſte, Quod dilectis Civibus noſtris preſentibus et futuris Civitatis noſtre Köninghesberg tali duximus ſubwentionis gratia ſuccurendum, quod de cetero, finitis prius libertatis ipſis per nos date annis, juxta noſtrarum continentiam literarum, ſtare volumus perpetuo contenti in quinquaginta marcis argenti brandenburgenſis et ponderis, cujus ſumme medietatem in feſto beati Martini unam, aliam vero in feſto beate Walburgis ſubſequentis anni exſolvere contributionis nomine tenebuntur ſingulis annis, nec ipſis hanc ſummam debemus aliquatenus ampliare. Dedimus quoque ipſis atque damus donatione ſolenni in hys ſcriptis hec quatuor ſtagna, ſicut nos ea habuimus, Mantel, Jelant, Wobyſer et Wuſtrow cum omni utilitate applicanda ſuis uſibus, prout ipſis expedire videbitur, perpetuo et juſto proprietatis titulo poſſidenda. Renunciamus ſiquidem dicte proprietati nec non omni juri, quod nobis aut noſtris poſſet competere vel accedere ſucceſſoribus in futurum, renunciatione debita et ſolenni. Proinde dicti Conſules et Cives noſtri pro ſe et ſuis heredibus et poſteris dimiſerunt nos ac noſtros ſucceſſores liberos et quitos de ſeptingentis talentis, que ipſis ex juſtis cauſis debuimus, denariorum Brandenburgenſium et de quinquaginta quinque talentorum eorundem denariorum, que etiam ipſis ex parte Domini ebelonis de viddechò bone memorie debuimus, nec non de quadraginta quinque talentis denariorum Brandenburgenſium, que eisdem ex parte Mathie, noſtri quondam clavigeri, etiam debebamus, quarum ſummarum quidem ſolutionem faciendam ipſi in ſe ſuſceperunt in totum. Et ut premiſſa a nobis et noſtris ſucceſſoribus ubivis inviolabili obſervatione ſeruentur, hanc literam ſuper eo fieri iuſſimus et noſtri Sigilli robore fideliter communiri. Teſtes quoque ſunt Nobilis Vir Guntherus Comes de Keuernberg, Droyſico, Slotico, noſtri Dapiferi fideles, Henricus de Schenckendorff, Rudolphus de Liuendal, milites, Henricus, Eccleſie Stendalienſis Decanus, Euerhardus, Prepoſitus Stolpenſis, Hermannus de Luchow, noſtre Curie Capellani, cum aliis quam plurimis fide dignis. Actum et datum Soldini, Anno Domini M° CCC° ſeptimo decimo, ſeptimo Kalendar. Septembris.

Nach dem Copialbuche der Stadt Königsberg No. 4. Lückenhaft in Kehrberg I, S. 12 u. 264, wo die Urkunde dem Jahre 1307 zugeſchrieben iſt.

XIX. Peter von Schwaneberg überläßt dem Rath zu Königsberg den Zins von einer Stadthufe, am 24. April 1319.

Ego petrus de Swanenberg ſcripta per preſencia profiteor, me cenſum vnius manſi, quem de manu jncliti principis woldemari, marchionis de Brandenborch, iuſto pheodi titulo tenui in ciuitate koningeſberch ad uſus Conſulum eiusdem ciuitatis koningeſberch